



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non  
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis  
Josephi Clementis Bavariæ Ducis junctâ resolutione  
diversarum quæstionum pro firmando ...**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Adjunctum sub Lit A. Extractus De puncto Annestiæ Generalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38262**

59.

Dei gloria, Cæsaris obser-  
trariis, & quæsita hoc modo  
rium, Patriæ salus, & secu-  
ritas enixè commendat.  
sui exclusione solemniter  
protestatur.

Adjunctum sub Lit. A.

## EXTRACTUS

De punto Amnestiæ Generalis.

### *Articulus Secundus.*

Sit utrumque perpetua oblivio, & amnestia omnium eo-  
rum, quæ ab initio horum motuum, quocunque loco  
modove ab una vel altera parte, ultrò citrōque hostili-  
ter facta sunt, ita ut nec eorum, nec unius alterius rei cau-  
sa, vel prætextu, alter alteri posthac quicquam hostilitatis,  
aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quo ad perso-  
nas, statum, bona vel securitatem, per se vel alios, clàm vel  
palam, directè, vel indirectè specie juris vel viâ facti, in im-  
perio aut uspiam extra illud, non obstantibus ullis priorib⁹  
pactis, in contrarium facientibus, inferat, vel inferri faciat,  
aut patiatur, sed omnes & singulæ, hinc indè tam ante bel-  
lum, quam in bello, verbis, scriptis, aut factis, illatæ injuriæ,  
violentiae, hostilitates, damna expensa, absque omni Per-  
sonarum rerumvè respectu, ita penitus abolitæ sint, ut quid-  
quido nomine alter adversus alterum prætendere possit,  
perpetuâ sit oblivione sepultum.

*Articulus Vigesimus Tertius.*

Sacra Cæsarea Majestas consentit, ut Princeps Fran-  
ciscus Egon Episcopus Argentinensis, ejusque Frater  
Princeps Wilhelmus Egon in Fürstenberg, cum eorum ex  
Fratre Nepote Principe Antonio Egone in Fürstenberg, eo-  
rumque Officialibus & Ministris, plenè restituantur in eum  
statum, famam, dignitates, jura, vota, sessiones, beneficia,  
& officia, bona feudalia, subfeudalia, & allodialia, una cum  
fructibus sequestratis, & in omnia generaliter bona, qui-  
bus antè destitutionem, occasione hujus belli factam, ga-  
visi sunt, aut jure gaudere potuerunt, non obstantibus, &  
cassatis quibuscumque in contrarium actis, pactis & de-  
cretis, prædictus etiam Princeps Wilhelmus Egon statim  
pace utrimque ratihabitâ, in integrum libertatem resi-  
tuetur.

Quidquid autem à Capitulo Argentinensi, aliisque  
qui beneficia & bona ad prædictos Episcopum & Princi-  
pes spectantia administrarunt, & ab iisdem nominatis  
Officialibus, contra illos dictum, factum aut scriptum est,  
perpetuae oblivioni mandetur, nec liceat eos desuper ul-  
ta ratione compellare, aut iis molestiam quocon-  
que sub prætextu afferre.

Copia